UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.LIII. Ankunfft des Venetianischen Bothschaffters zu Münster: ingleichen des Schwedischen Legati Salvii zu Oßnabrück. Der Käyserlichen Gesandten darüber geschöpffter Argwohn.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1643. Nov. ſtriſſimæ Dominationi Veſtræ me obnixe recommendando. Oſnabrugi d. 14. Nov. 1643. 1643. Nov.

§. LII.

Derer Frantzoſen Verweylen iſt denen Käyſerlichen beſchwehrlich.

Es verweyleten aber gleichwol die Frantzoſen, auf der Reiſe, und obwoll 2. Frantzöſiſche Reſidenten, Baron de RORTE, und SAINT ROMAIN ſich eine zeither in Schweden und Deutſchland aufgehalten; So waren ſie doch zum tractiren nicht bevollmächtiget, und gibt von ihrer Condition, das nachſtehende Schreiben des Käyſerlichen Legati Cranii, an den Venetianiſchen Botſchaffter, eigentliche Nachricht.

Schreiben des Legati Cranii an den Venetianiſchen Oratorem.

Quo literis Excell. Veſtræ de dato 13. Octobris omni modo ſatisfiat, confero me ad reſiduam earundem partem, quæ publica reſpicit, ad quam me ex hoc loco reſponſurum, nuperis meis repromiſeram. Imprimis itaque retuli Legatis Sereniſſimi Regis Daniæ de flagrante Excellentiæ Veſtræ ſtudio ac pio deſiderio juvandi negotium Pacis, cujus ergo iter ſuum quantocyus Monaſterium ſit productura, quod utrumque, uti dicti Legati lætis animis accepere, ita ſibi ipſis aggratulantur, virum talem huic muneri delegatum eſſe, quocum ipſis volupe ſit in hac publica Chriſtianitatis cauſa, ſocialia jungere conſilia, nec dubiam ſpem concipiunt mecum, fore ut Excell. Veſtræ Monaſterium acceſſu, Gallorum emollienda ſit contumacia.

Quibus equidem de ſuo Coloniam appulſu probe conſtat, ſed ita conſtat, ut ipſis non conſtare mallent, quam a Tractatibus Pacis abhorreant, de auctoritate, aut functione duorum Miniſtrorum Gallicorum, quorum meminit nuper transmiſſum exemplar literarum Agentis Gallici, nihil aliud habeo, quam quod uterque ſibi Reſidentis titulum, quo nomine alter hactenus in Suecia, alter Hamburgi res Galliæ egit, attribuant. Dnus. Baro de RORTE quidem, ex parte Coronæ Galliæ ad hosce Tractatus Oſnabrugum deſtinatus fertur, ſed nuper e Suecia rediens, ſollicite vitatô hoc loco, in Hollandiam feſtinavit, colloquii, ut ſparſit, illic cum Legatis Gallicis inſtituendi cauſa, nec uspiam hic in vicinia moras traxit, quemadmodum non ex vero dictum exemplar proponit. Alter de SANCTO ROMANO aliquot quidem ſeptimanis Monaſterii ſubſtitit, ſolummodo Reſidentem ſe ferens Coronæ Galliæ, non ad Tractatus delegatum, ſed & is quoque nuper, ſpecie occurſandi Gallorum Legatis Monaſterio in Hollandiam receſſit. Svecorum Legati adhuc Mindæ hærent, nec ulla adhuc fama propioris eorundem ad nos acceſſionis inauditur. Faxit Deus Ter Optimus Maximus, ut tandem omnium ac ſingulorum intereſſe habentium animi, in unum coaleſcant, deſiderium Pacis ac Tractatus iſti cœleſtibus auſpiciis mox inchoentur. Quod voveo atque exopto, & me Excellentiſſimæ Veſtræ Dominationis favori officioſiſſime commendo. Oſnabrugi, d. 5. Nov. 1643.

§. LIII.

Ankunfft des Venetianiſchen Botſchaffters zu Münſter.

Imgleichen des Schwediſchen Legati Salvii zu Oßnabrück.

Derer Käyſerlichen Geſandten darüber geſchöpfter Argwohn.

Am 16ten Novembr. langete endlich der Venetianiſche Bottſchaffter zu Münſter an, und Freytags den 17ten ejusdem traff auch der Schwediſche Legatus SALVIUS zu Oßnabrück ein, aber nur gantz alleine, indem ſein Collega, OXENSTIERNA, unter dem Vorwand einer Leibes Schwachheit, annoch zurück in Minden verblieb: Worüber die Käyſerliche Geſandten von neuem ombrage ſchöpfeten, und muthmaſſeten, es dörffte nur dahin angeſehen ſeyn, daß die Crone Schweden mit Herzuſchickung des Salvii, den Unglimpf des Verzugs von ſich abwenden, und dennoch denen Frantzoſen, mit Zurückhaltung des Oxenſtierns, eine vermeynte Satisfaction geben wollte, dahero der Salvius ſich entweder gar nicht in Tractaten einlaſſen, oder jedoch ſich äuſſerſt bemühen würde, dieſelbe, bis zu derer Frantzoſen

zoſen

1643. Nov.

tzoſen Ankunfft nach Münſter, aufzuhalten. Des Käyſerlichen Geſandtens Cranii an den Venetianiſchen Botſchaffter zu Münſter, desfalls abgegebenes Schreiben, darinnen von ſolcher ſeparirten Einkunfft wenig gute Hoffnung geſchöpfet wurde, zeuget davon mit mehrern:

Cranii Schreiben an den Venetianiſchen Oratorem.

Auxit hic tandem numerum noſtrum unus ex Legatis Suecicis, SALVIUS, qui ſub 27. hanc Civitatem intravit, ſed OXENSTIERNIUS adhuc Mindis deliteſcit, ſpecie curandæ valetudinis; proinde hæremus dubii, num dicti Legati acceſſio Paci publicæ clementior an infenſior futura ſit? Ad quid enim is ſolus, ſemoto Collega? Quorſum ejusmodi diviſio, niſi ut callido artificio, & ſimul Coronæ Galliæ ſerviat in protractionem, & Suecicæ in abſolutionem contumaciæ? Sed quo hujus rei conſtet æquitas, judicium meum tantiſper lubens ſuſpendam, donec de vera intentione ac ſtudiis ex vivo loquentis oraculo penetremus. Interea Illuſtriſſimam Dominationem Veſtram de hiſce volui facere certiorem. Quam divinæ bonitati obſequioſe committo. Oſnabrugi d. 30. Nov. 1643.

§. LIV.

Die Käyſerl. geben demſelben die Viſite.

Dabey vorgegangenes Ceremoniel.

Am 19ten ejusdem, erſtatteten die Käyſerliche Geſandten ihre Viſite bey dem Venetianiſchen Bottſchaffter, welcher dieſelbe, unten an der Treppe empfieng, und zur lincken Hand gehend, in das Gemach führte, allwo der Legat Volmar, nach genommenen Sitz, folgende Rede hielt:

Excellentiſſime Domine.

Des Legati Volmars Anrede bey dieſer Viſite.

Cæſareæ Majeſtati inter diuturnas bellorum calamitates, quibus Ipſa Sacrum Romanum Imperium, totaque Auguſtiſſima Domus Auſtriaca, plures jam annos ſane immerito vexata eſt, hoc pergratum accidit, magnæque conſolationi fuit, quod haud obſcuris indiciis animadverteret Sereniſſimæ Venetorum Reipubl. imprimis curæ ac cordi eſſe, ut iſta diſſidia inter ſummos Orbis Chriſtiani Princeps tandem aliquando componi, majorque hoſtilium inſultuum progreſſus, utrinque inhiberi poſſit. Quapropter, cum nuper admodum Ampliſſimi Senatus juſſu per ſuum Oratorem in Aula Cæſarea degentem, Suæ Majeſtati ſignificatum ſit, Sereniſſ. Rempubl. Pacem promovendi ſtudio, Excellentiam Veſtram ad Tractatum & Conventum Monaſterienſem pro Reipubl. Legatis & Mediatoris munere functuram, præ cæteris inter tot ampliſſimos clariſſimæ urbis Senatores delegiſſe, eique ſingulariter injunxiſſe, ut in tractando iſthoc Pacis negotio, ad ea, quæ ad Cæſaris, Sacri Imperii, totiusque Domus Auſtriacæ commodum & utilitatem pertinere viderentur, diligenter attenderet, non potuit tam propenſa Sereniſſimæ Reipubl. voluntas, Suæ Majeſtati non gratiſſima eſſe, minimeque dubium habet, Excellentiam Veſtram tum ex ordine commiſſionis & mandati, tum privata in hanc Auguſtiſſimam Domum benevolentia & affectione, in id ſedulo incubituram eſſe.

Hinc eſt, quod & nos de felici adventu Excellentiæ Veſtræ nobismet ipſis gratulemur, eamque poſt emenſa longiſſima terrarum ſpacia, ſalvam & incolumem huc tandem appuliſſe, ex animo gaudemus, nihil antiquius habituri, quam ut eandem, nomine Auguſtiſſimi Domini Imperatoris noſtri, omni officiorum genere demerere poſſimus.

Et quoniam Sacræ Cæſar. Majeſtati hactenus vel maxime in votis fuit, ut tandem aliquando cum Adverſariis Pax æqua, bona & firma poſſit iniri, eaque omnia, quæcunque huc conducere videbantur, ſemper avidiſſime & obviis, quod ajunt, ulnis amplexa eſt, quemadmodum inter plurima vel hoc unum toti Europæ luculento teſtimonio eſſe poſſit, dum ipſius Maje-

ſtas